Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1141
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ritas hominis sicut flos feni. fenum
aruit. flos decidit. & secundum mane. i.
iuuentus. floreat & transeat. idem
pagat cito. florem suum. & uespe
frigide senectutis. decidat. indurat
& aresceat. hec non mutantur. hec autem
pena de peccato uenit. Unde subdit.
Quia defecimus. quasi dico transeat &
transit. Quia defecimus infirmita
te. mortales & passibiles facti. in ira
tua. i. uindicta nobis inflicta. quam
tamen miseriam morte finire time
mus. Unde sequitur. & in furore tuo
turbati sumus. turbati timore mor
tis infirmi. infirmitatem finire
timemus & trepidamus. Unde dns
Petro. Ducet te quo tu non uis. &
dns. nos in se transfigurans. de se
ipso dicit. Tristis est anima mea us
que ad mortem. Deinde subdit hanc
penam nobis esse pro peccato. Posui
sti. quasi dicat. defecimus. iuste quidem quia
peccauimus. & tu posuisti in cons
pectu tuo iniquitates nras. nos
abeis dissimulasti. exponit quod dix
erat. scilicet. posuisti seculum nrm. i. in
iquitates nras. uitam nram prauam.
in illuminatione uultus tui. idem
coram te. idem est hoc quod supra dixit.
in conspectu tuo. uel seculum nrm.
i. posteros nros. posuisti in illumi
natione uultus tui. i. peccata po
sterorum nrorum. posuisti coram te.
Illa teguntur. que ueniam habent.
& illa illuminantur. que puni
untur. Quomodo omnes dies nri defece
runt. i. cognitio nra defecit. ob
tenebrata ratione pro peccatum. & in
ira tua defecimus. nos ipsi aman
do que transeunt. Uel omnes dies
nri defecerunt. i. tempus uite nre
ad breuiatum est. & pene defecit. quia
ad paucitatem redacti sunt dies ui
te nre. Uita hominis propter iram dei

ad breuiata est. quia presumptione lo
gioris uite peccabant. & nos ipsi in
ira tua defecimus. i. essentia nra defi
cit per erumpnas. Anni nri sicut
aranea meditabuntur. dies an
norum nrorum in ipsis septuaginta
annis. Si autem in potentatibus octo
ginta anni. & amplius eorum la
bor & dolor. Anni nri. Miseria
& breuitas huius uite. exprimi
tur hic per similitudinem aranee. que
texit inanes telas. ut dolo capiat
muscas; & est. Anni nri meditabuntur. i. me
ditabantur. sicut aranea. i. nos in
annis studebamus dolosis. & inani
bus occupationibus in rebus; scilicet cor
ruptibilibus laborabamus. & ina
nia texebamus. Unde bene dicit me
ditabuntur anni. non operabantur.
quia sine utilitate & fructu boni
operis transeunt. quasi sub inani me
ditacione. Uel passiue accipi potest.
meditabuntur. i. reputabuntur.
anni nri sicut aranea. i. sicut ina
nes & inutiles. & dies annorum nro
rum complentur. in ipsis septuagin
ta annis. Uel dies annorum nrorum
ita breues sunt. quod in ipsis sunt sep
tuaginta anni. Alia littera. quo
temporis spacio dicuntur longeui. qui
etiam usque ad octoginta annos. ali
quas uires habere uidentur. Unde sub
dit. Si autem amplius uixerint homi
nes. octoginta anni uite ut multum
uiuant. quod rarum est. poterunt esse. in
potentatibus. i. aliquas uires. & po
tencias poterunt habere usque ad octo
ginta annos. & si amplius uixerint.
eorum est labor & dolor. i. si ultra oc
toginta annos uiuunt. labor et do
lor multiplicabitur. Senectus enim ip
sa morbus est. Ita hec ad litteram dici
possunt. Sed quia & citra octogin
ta annos. sunt quidam infirmi et